



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Tertio Praecepto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

## DE SECVNDO PRAECEPTO.

DEBEREM Euangelium diligenter discere, celebrare sermone, & ornare exemplis, agnosco autem meam negligentiam in hac re. Imo saepe praetexo priuata cupiditati Euangelium. Saep meum exemplis & scandalis praetereo occasionem alijs maledicendi Euangelium, aut alieno aliquos: Interdum erraui in aliquo dogmate, & contra deformaui doctrinam caelestem.

## DE TERTIO PRAECEPTO.

SAEPE negligo publicas conciones & ceremonias in die festo, non impeditus alijs causis, & meo exemplo alios abduco: Non ago gratias Deo pro instituto ministerio, pro conseruatione Ecclesiae, pro conseruatione Propheticoꝝ & Apostolicorū scriptorū, non adiuuo Ecclesiam precantem pro publico statu in cœtu, nimis securus fecior cura miseriarum communium, quod incitia, discordijs, bellis dissipantur Ecclesiae & politicae, & multorum animae & corpora perunt, non adiuuo ipse ministerium Ecclesiasticum meis officijs, non vereor, vt debeo, pios ministros: Interdum eis maledico, & meo exemplo confirmo contentum aut odium eorum, non solum eis debita mercedes, saepe dies festos male colloco in res turpes, & irrito Deum aduersus multos.

## DE QVARTO.

SVM negligens in mea vocatione, in studio, in regenda familia. Sum ingratus Deo pro beneficijs ordinis politici. Interdum fratribus iniuste magistratibus, & maledico eis, nec tribuo eis debitam reuerentiam ex animo. Interdum rixas excito contra leges, & violo politicum ordinem cum scandalo & aliorum detrimento, meis fratribus multibus impedio alia publica negotia necessaria. Non sum, ut oportet, vt in meo ordine me coërceam, & caueam ne turbem communem harmoniam publici status, sum *ᾠλεονεκτὴς*, & mea villitatis magister, quam publicae, aut capto occasiones turbandi.

## DE QVINTO.

SAEPE incendor iniusta indignatione, & cupiditate vindictae, ad malis execrationes, quae ex cupiditate nocendi erumpunt, ad uerum amulatione. Doleo alterius potentiam aut autoritatem crebre, & premere eum cupio: Sum superbus, despicio pares, & me anteferri postulo: Sum suspicax, & ex falsis suspicionibus iniusta odia concipio, sero & confirmo discordias, saepe peritiosos & sermones, qui sauciant animos & accedunt odia, habeo quid liuoris & malevolentiae, delector obreccatione.